



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 102. Alia S. Congregationum Decreta jussu ejusdem summi Pontificis edita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. relicta apud personas idoneas pro percipiendis fructibus deponantur, talia autem onera imposterum, nisi cum Ordinarii licentia non acceptentur, quotidianæ tamen eleemosynæ acceptari valeant, si oneribus antea impositis infra modicum tempus satisfieri poterit. Motis dein hac super re variis dubiis, Sacra Cardinalium Congregatio plene satisfecit. Insuper Papa denuo ambas Gregorii XV. Constitutiones summi Pontificis confirmavit ac die prima Novembris inhibuit, ne bona jurisdictionalia ad Ecclesias, piaque loca spectantia in feudum vel emphyteusim dentur, neque ultra triennium elocentur. Sub idem quoque tempus Papa varias habebat consultationes circa epistolam, qua B. Martyr Sotelus Papam instruebat, quam indigne Jesuitæ ceteros Missionarios haberent.

§. CII.

Alia S. Congregationum decreta jussu ejusdem summi Pontificis edita.

*S. Congr.
Rit. &
Concil.*

Eodem hoc anno auctoritate Urbani VIII. Pontificis variæ emanarunt Sacrarum Congregationum decisiones, & quidem die decima tertia Junii Sacra Congregatio de Propaganda Fide decidit, quod Regulares quibusvis privilegiis

legiis suffulti ab hæresi absolvere non Sæc. XVII.
 possint, sufficiat tamen, si in admini- A.C. 1625.
 stratione Sacramenti Pœnitentiæ au-
 diant Confessiones cum habitu eorum
 ordinario, & stola, uti die vigesima e-
 jusdem Mensis Sacra Congregatio Vi-
 sitationis Apostolicæ declarabat; ex-
 orto autem dubio in Cæsar augustana
 diœcesi die septima Septembris a Con-
 gregatione Concilii decisum, quod Con-
 fessarii sæculares vel ad certum Perso-
 narum genus & ad limitatum tempus
 approbati, etiam in vim Bullæ Cru-
 ciatæ, ultra Facultatem ipsis ab Ordi-
 nario concessam Pœnitentium confes-
 siones excipere minime valeant, atque
 approbatio obtenta a quovis Sacerdote
 ad audiendas confessiones ab Episcopo
 Successore pro suæ conscientiæ securi-
 tate usque ad novum examen suspendi
 possit, seduloque Confessariorum ap-
 probationes inter Curiæ Episcopalis
 Scripturas asservandæ sint.

§. CIII.

*Synodus Osnabrugensis Diocesana,
ejusque decreta.*

Quamprimum Itelius Fridericus Car- Hartzh.
 dinalis de Hochenzollern Episco- Concil. Germ.
 pus Osnabrugensis ad Ecclesiæ suæ Re- t. 9. p. 345.
 gimen vocatus erat, nihil magis cordi Lunig. Spic.
Eccl. p. 2.
 ha- fol. 579.

Y 4